

Opgave Cicerowedstrijd 2020-2021 – ronde 2

Cicero, *Epistulae ad familiares*, XVI, 4

In 51 v.Chr. diende Cicero als gouverneur van Cilicië (gelegen in het huidige zuid-Turkije). Hij werd er, zoals altijd, bijgestaan door zijn vroegere slaaf, secretaris en vertrouweling Tiro. Op de terugweg naar huis in 50 v.Chr. werd Tiro echter zwaar ziek, en moest hij in Patras (een stad in Griekenland) achterblijven terwijl Cicero alleen verder reisde naar Rome. Uiterst bezorgd over Tiro's gezondheid, stuurt Cicero hem minstens één, en soms wel meerdere brieven per dag. Hier volgt een typisch voorbeeld...

TULLIUS TIRONI SUO SAL. PLUR. DIC.

Varie sum affectus tuis litteris: valde priore pagina perturbatus, paullum altera recreatus. Quare nunc quidem non dubito quin, quoad plane valeas, te neque navigationi neque viae committas. Satis te mature videro, si plane confirmatum videro.

5 De medico et tu bene existimari scribis et ego sic audio, sed plane curationes eius non probo: ius enim dandum tibi non fuit, cum κακοστόμαχος esses. Sed tamen et ad illum scripsi accurate et ad Lysonem. (...) Lyso enim noster vereor ne negligentior sit: primum, quia omnes Graeci; deinde quod, cum a me litteras accepisset, mihi nullas remisit. Sed eum tu laudas: tu igitur, quid faciendum sit, iudicabis.

10 Illud, mi Tiro, te rogo, sumptui ne parcas ulla in re, quod ad valetudinem opus sit. (...) Innumerabilia tua sunt in me officia, domestica, forensia, urbana, provincialia, in re privata, in publica, in studiis, in litteris nostris: omnia viceris, si, ut spero, te validum videro. (...)

Sic habeto, mi Tiro, neminem esse qui me amet, quin idem te amet; cum tua et mea maxime interest te valere, tum multis est curae. Adhuc, dum mihi nullo loco deesse vis, numquam te
15 confirmare potuisti; nunc te nihil impedit. Omnia depone, corpori servi. Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri a te iudicabo.

Vale, mi Tiro, vale, vale et salve.



Teksthulp

- 1 **sal(utem) plur(imam) dic(it)**
- 3 **non dubito quin** + conj.: “ik betwijfel niet dat”
quoad: “totdat”
- 3-4 **se committere**, -o: + datief, “zich toevertrouwen aan, zich wagen aan”
- 4 **maturus**, -a, -um: hier “tijdig”, “op tijd”
confirmari, -or: hier “aansterken”, “zich herstellen”
- 6 **ius**, -ris, onz.: “soep”, “saus”, “jus”
κακοστόμαχος: in zijn brieven aan Tiro gebruikt Cicero graag Griekse woorden; dit adjectief betekent “die een gevoelige maag heeft”
- 7 **Lyso**: Cicero’s gastheer in Patras, bij wie Tiro logeerde
vereri, eor **ne**: “vrezende dat”
- 10 **illud**: wordt verduidelijkt in de zin met **ne: illud rogo...ne...**
sumptus, -us: “onkosten”
- 12 **viceris** = *superaveris*
- 13 **sic habeto** (imperatief fut.): “beschouw/bekijk het zo”
quin (na een ontkennende zin): “(zo)dat niet”, “zonder dat”, “zonder te”
- 13-14 **cum... tum**: “zowel... als ook”, “weliswaar... maar”
mea/tua interest: “het is van belang voor mij/jou”
- 14 **curae**: datief (doel): “tot zorg”
- 14-15 **se confirmare**, -o = *confirmari* (zie r.4)
- 15-16 **quantus... tantus**
- 16 **tanti facere**, -io: “zoveel waard achten”

